

Thef. 3.

Seductinos neutiquam istis conjecturarum nebulis assequuti ex historijs tantum fumus, non ab uno Imperatore sive universi Imperij decreto peculiari, sed tacito Principum consensu & nunc longissima sive immemoriali præscriptione introductam esse, atque sic titulo, neque naturæ, neque gentium, neque civili dispositioni contrariò. Quod ipsum tempore ferè Friderici II. contigisse de novo perfidem historicam nobis persyademus, moti non parum ex eo, quod tum teste Aventino *lib. 5. septenarius* primum exprimi ceperit.

Thef. 4.

Expressam autem sanctionem tum temporis hac de re non intervenisse, colligimus ex eo quod Carolus IV. in *A. B. & Innocent. III. in cap. venerabilem X. de Electoribus*, nullam hujus *Beßayworeos* fecerint mentionem fassi solummodo consuetudinem in verbis. Unde den Churfürstern nach alter löblicher gewohnheit zur solcher Wahl zu reisen vor nöthen sein wird

Thef. 5.

Quicquid horum sit, ne deprehendamus extra oleas, ponemus in id religionis nihil, quando transferit illa in Principes eligendi potestas, vel quomodo, qui videmus de certo antiquitatis puncto miram esse hominum eruditissimorum concertationem, tum verò maximè, quod existimem, Illustrissimæ Collegij Electoralis dignitati ex hac (sit venia verbo) nescientia addi detrahi ve nihil. Quod tamen transferit atque ea quidem, quæ non delegata amplius, sed patrimonialis, hodiè fallimur nulli. Prodat hinc necesse est potestas Imperatoria non ex omni parte absoluta, imò talis ex qua statum verè Monarchicum ostendere hærebis, difficulter. Desudant in eo quidem, haud obscuri nominis viri, quos inter produco *Kirchn. in Orat. de Rep. disp. 2. Thes. 3. Domin. Arum. tom. Jur. publ. disc. 2.*

G

Reinkingk.